

non fuerit confessus et argui manifeste nequiverit, potestatis suae iudicio relinquitur.

XVIII. De coma clericis aut monachis non laxanda.

Ut nullus clericus aut monachus comam laxare praesumat aut anathema sit¹⁵⁶.

XIX. De femina, quae alteri nupserat, cum eius vir in aliena provincia falso mortuus putaretur.

De separata a marito, si vir eius in aliena provincia vivere putabatur, in epistola beati Leonis papae directa ad Nicetam Aquileiensem episcopum ita continetur: *Cum*¹⁵⁷ *enim per bellicam cladem et per gravissimos hostilitatis incursus ita quaedam dicatis divisa esse coniugia, ut abductis in captivitatem viris feminae eorum remanserint destitutae, quae viros proprios aut interemptos putarent aut nunquam a dominatione crederent liberandos et in aliorum coniugium solitudine cogente transierint; cumque nunc statu rerum auxiliante domino in meliora converso nonnulli eorum, qui putabantur periisse, remeaverint, merito caritas tua videtur ambigere, quid de mulieribus, quae aliis iunctae sunt viris, a nobis debeat ordinari. Sed quia novimus scriptum, quod ‘a*¹⁵⁸ *deo iungitur mulier viro*^a*, et iterum praeceptum agnovimus, ut ‘quos*¹⁵⁹ *deus iunxit, homo non separet’, necesse est, ut legitimarum foedera nuptiarum redintegranda credamus et remotis malis, quae hostilitas intulit, unicuique id quod legitime habuit reformetur, omni studio procurandum est, ut recipiat unusquisque, quod proprium est. Nec tamen culpabilis iudicetur et tanquam alieni iuris pervasor habeatur, qui personam eius mariti, qui iam non esse existimabatur, assumpsit. Sic enim multa, quae ad eos, qui in captivitatem ducti sunt, pertinebant, in ius alienum transire potuerunt et tamen plenum iustitiae est, ut iisdem reversis propria reformentur. Quod si in mancipiis vel in*

156) Vgl. Konzil von Rom (721) c. 17, MANSI 12, Sp. 264: Si quis ex clericis relaxaverit comam, anathema sit. Konzil von Rom (743) (wie Anm. 47) c. 8, S. 15: Ut nullus clericus aut monachus comam laxare praesumat. Si quis clericus aut monachus comam laxare praesumpserit, anathema sit.

157) Leo I., Brief an Bischof Nicetas von Aquileia (JK 536), MIGNE PL 54, Sp. 1136f. Der Vergleich mit den Lesarten bei WURM, Studien und Texte (wie Anm. 89) S. 180, ergibt, dass Stephan II. nicht die Dionysiana benutzt hat, sondern vermutlich die Quesnelliana (oder die Collectio Sancti Mauri). Die Leo-Dekretale zitierte auch Bischof Megingauz von Würzburg in einem Brief an Lul: S. Bonifatii et Lulli epistolae (wie Anm. 26) ep. 134, S. 273. Siehe oben Anm. 71.

158) Vgl. Prov. 19, 14.

159) Matth. 19, 6.